borago eſt calidā et hūmida in p̄mo ḡdu· Eius folia dū ſūt viridia p̄cipue cōpetūt medicine· exſiccata nō cōferūt· ſcđario ſemen· Virtutē habet generandi bonū ſanguinē· vnde valet ꝯualeſcentibꝰ ex egritudine eius decoctio· valet etiā cordiacis ſiue ſincopiſantibꝰ et melācolicis borago cū carnibꝰ comeſta vel loco olerū· Contra ſincopim tali modo fiat potus· ℞· ſucci boraginis· lb· j· vini decoctōnis citri q̄rt· j· oſſꝫ de corde

cerrui .i.ʒ. miſce cum zucaro albo et fiat potus quo
vtatur mane et ſero quantū placet. Confert enī
aduerſus opilationē ſplenis et cōtra melācoliā
ſeu febrē quartanā. Re. ſucci boraginis lib. j. ſto
lopendrie cuſcute an. m. ſ. foliorū ſene. radicum
bruſci ſparagi ſeminū feniculi petroſilini aniſi li
quiritie an. i. ʒ. oīa bulliantur in aqua et vino añ
lb. ʒ. ad cōſumptionē tertie ptis coletur et colatū
dulcoretur cū zucaro et fiat ſiropus quo vtatur te
pide mane et ſero pro qualibet vice in quātitate
medii ciphi. Quo cōſumpto recipiantur ſequen
tes pillule. Re. maſſe pillularū de reubarbaro maſ
ſe pillularū de lapide laſuli an. j. ʒ. pulpe ē noc
catapucie numero. vij. miſce cū ſiropo de ſtolo
pendria et fiant pillule. Deinceps ſumat tir
riace .j. ʒ. cū paruū vini vel diacorus pro cōfortati
one. Radix boraginis nō operis vſui mediante
herba cruda comeſta cū bugloſſa generat bonū
ſanguinē. Cōtra ſtrentia valet ſuccus eius vel
ipa herba cū atriplice cū carnibꝰ cocta cuiꝰ ius
vel brodiū cōfert. Item olera facta cū boragi
ne et bletis et petroſilino in iure carniū elixata
pſtant bonū nutrimentū. Item borago ſua pro
prietate habet cor confortare. vnde aqua bora
ginis eſt multū cordialis et valet in pluribꝰ paſ
ſionibꝰ. et in ipa aqua decoquantur folia ſene et
fiat inde ſiropus cū zucaro et valebit patientibꝰ
multū debilitatis. Serapio Pandecta Auicenna.



**Bugloſſa** **oſchen zūgen**

bugloſſa ſiue lingua bouis qđ idem eſt q̄r aſſila=
tur in figura ſua lingue bouis. et virtus ei⁹ pri=
ma eſt que calefacit et humectat. Scđa virtus
eſt que ↄfert tuſſientibꝫ ex aſperitate pulmonis
Iſto mō fiat potus. ℞. ſucci bugloſſe. lb. j. yſo=
pi melliſſe añ. m. ſ. radič lilij. radič yreos. enule
campane liquiricie añ. ℥. ſ. ficuum ſiccarum nu=
mero. vij. bulliantur ſingula cum aqua. lb. ij. ad

conſumptionē medietatis colatū dulcoretur cū
melle deſpumato et fiat potus adminiſtrandus
mane et ſero tepefactus ꝓ qualibet vice ℥.v. q̄
cōſūpto ſequentes pillule ſumātur circa mediū
noctis. ℞. maſſe pillulaꝝ de agarico ʒ.i. agarici
℈.ſ. ſalis gēme g̃.i. miſce cū ſiropo de liquiricia
et fiant pillule.ix. Poſtea ſumātur diapēidiū
vel diayris ſalmonis ꝓ ↄfortatiuis. Poſtremo
vngatur regio cordis cū vngento dialtee ma-
ne et ſero cui miſceatur parū olei amigdalarū dul
ciū. Virtus eius tercia eſt que letificat cor ſcꝫ qn̄
bugloſſa decoquitur cū carnibꝰ vel miſceatur in
oleribꝰ que fiant ex bugloſſa boragine et bletis
bus in ire carniū recentiū decoquendo. aut fiat
decoctio cū vino qḋ vinū ſimile operatur Sera
pio. Et quando folia eius cōburūtur iſtud valꝫ
fluxibilitati dentiū et gingiuaꝝ. Item valet ad
alcolam et ꝓprie in ore pueroꝝ et in omnibꝰ ca
lidicatibꝰ que fiūt in ore. Et ꝓprietas eius ē pur
gare colera et melancoliā. et qn̄ aliquis vult eā
ſumere ſumat ſuccū eius cū ſene puluerizato cū
parū zinziberis et parū zucari Meſue. Valet etiā
ut ſumatur ſuccus eius cū bolo armeno in cor-
diaca paſſione miſcendo parum de mellecrato.
Pandecta.



**Betonica· Bethonich**

betonica eſt calida et ſiccã in tercõ· hꝫ virtutem
abſtergendi et incidendi groſſos humores ideo
valet ad frangendũ lapidem renũ et veſice et ꝓ
uocat menſtrua· Et valet in doloribꝰ laterũ· Et
valꝫ ꝯtra opilacõnem ſplenis ·ad hec om̃ia con
fert decoctõ eius et ſtolopendrie et radicis̃ feni
culi cũ vino potando· Ideꝫ valet in ydropiſi ad-
dendo radices bruſti ſpargi notãter in cauſa fri-
gida· Itẽ pũluis betomice vꝫ ad conſolidanduꝫ

pulueris capitis cū mirra & parū croci miſcendo
Itē betomca decocta in aceto cū edera terreſtri et
parū pireti valꝫ ad dolorē dentiū os abluendo.
Aqua betomce cū puluere aloepatici et parum
thutie puluerisate miſcendo valꝫ cōtra obſcuri-
tatem viſus imponendo oculis guttatim. Item
decoctio betomce in vino et parū abſinthei et
cubebar valet ad dolorē capitis cōfortādo ner-
uos. Et betomca cū ſpica celtica et cubebis in li-
xiuio cocta valet cōtra vertigmē et dolorem ca-
pitis ipm caput crebre inde lauando. Item valet
contra epilenciā. Itē decoctio betomce cū aceto
valꝫ cōtra morſurā aīalis venenoſi deſup appli-
cando. Et vinū decoctōis eius cū parū galan-
ge puluerisate valꝫ eructuacōm acetoſe. Itē de-
coctio radicis betomce et florū cartami data in
potu cū ydromelle facit potenter vomere fleg-
ma. Itē qn̄ bibitur betomca coctam vino valet
malicie medicinarum mortiferarū. Serap. Et vi-
nū decoctōis betomce cū bolo armeno mixtuꝫ
valꝫ ſpuentibꝫ ſanguinem ex pectore. Cōfert etiā
vinū betomce cū ebulo ⁊ catapucia decoctū orta-
artetica. Item valet colice paſſiom. Et vinū be-
tomce valet mulieri in partu nō febricitanti. Et
febricitanti valꝫ aqua betomce. Pandecta. Se-
rapio. platear. ꝛc.



## Brauca vrſina Berēklauw

brauca vrſina eſt herba calida ꝛ humida in ſe=
cundo gradu virtutem habet mollificandi ꝛ ma
turandi et leniendi. valet cōtra ariditatem ner=
uoꝝ et mēbroꝝ et ad apoſtemata indurata. Et
cōtra viciū ſplenis indurati fiat vngētū ex brau
ca vrſina et radice altee et ſeminibus fenu gre=
ci et lini cum oleo cōmuni buliatur et coletur co
lato addatur cere quod ſufficit et fiat vngen=
tum qđ valet vniuerſaliter ad oīa apoſtemata

indurata et ad viciũ pectoris ex flegmate ſiccã-
ſo ibitem peccãte qđ indiget mollificacõne ut ꝑ
viã ſcreatus facilius euacuetur et ſi loco olei cõ-
munis recipiatur oleũ amigdularũ dulciũ confec-
tat eo melius pectus liniendo. Idẽ vngentum
valet ad dolorẽ matricis et ad dolorẽ alioꝝ mem-
broꝝ ex frigiditate et ventoſitate qđ ſic poteſt
diſpenſari. ℞. ſucci braucę vrſine. ℥.iiii. ſauine po-
legii arthimeſie abrotani abſinthei ſalvie maio-
rane roriſmarini. añ. ·m·ſ· cinamomi ſpice ciminum
galange añ. ʒ. ii. omĩa cõtundãtur & buliantur cũ
vino ad vini cõſumpcõnem poſtea exꝓmatur
ſuccus cui adde cere albe q̃ ſufficit et fiat vn-
gentũ molle ſpẽs ſuꝑdictas in fine addendo et
inde liniatur venter vel alia loca doloroſa ex fleg-
mate ſeu ventoſitate braunca vrſina ſedat dolorẽ
iuncturarũ cũ adipe anſeris et radice altee et paſ-
ſum vini miſcendo. ſimilr̃ valꝫ ad extenſionem
membroꝝ inde linita. Item decoctio braucę vrſi-
ne et folioꝝ altee et ſemiẽ pſilii in aqua valꝫ cõ-
tra ardorẽ vrine et inteſtinoꝝ dolorẽ. Et ꝓpue
valꝫ cõtra ſitim et apoſtema ipius ani et contra
morſũ animalis venenoſi. Pandecta. Platear.



## Bleta· Romſzkole.

bleta eſt frigi· ēt humide ꝯplexionis·et ſūt due ſpecies alba ēt nigra· Alba habꝫ virtutē abſtergendi et leniendi et humectandi et infrigidādi ſed nigra habet aliqualē ſtipticitatē ideo nigra ſtringit ventrē·ſed alba ſua hūiditate laxat vētrem ideo ꝯſtipat' v alꝫ decoctio blete in carnibꝫ Valet etiā expurgando ſupfluitates capitis fiat inde ſternutatoriū cū ſucco blete ēt melle et parꝫ ʒinciberis imponēdo naribꝫ· Et ſuccus eius cū

ſemp vina ,phibet generationē apoſtematū·
Item valet ad ignē ſacrū et ad eriſipilā cū aceto
mixtum· Et vſus blete nimius mordicat ſtoma
chum et inteſtina· et ambe ſpecies ſūt pauci nu
trimēti ,pter nitroſitatē que eſt in eis Serapio
Sed bleta eſt bona in aperiēdo opilationē ſple
nis et epatis ab intra capiendo eius decoctionē
cū ſtolopendria loco cibi· Itē ex decoctōne eius
radicis et abrotani ablutū caput aufert furfu
res et lentes capitis et pediculos· Item ex ſuc
co blete et ſale nitri fiat mixtura q̄ abluatur mor
phea et cōfert· Item valet ad vlcera fraudulen
ta putridā carnē abluendo· Item valet ad vlce
rationē oris· Item valet ad impetiginē et curat
vlcera nariū· Item cū liniuntur caput cū ſucco ble
te et abrotani facit oriri pilos in alopicia· Itē
decoctio blete valet cōtra ſitim et tuſſim· Et deco
ctio blete cū ſinapi aut cū aceto comeditur ſple
neticis cōfert et ita eſt bona medicina magis q̄
nutrimētū· Diaſcorides caplo de bleta bleta epa
ti laborantibus et ſpleneticis cū ſinapi vtiliſſime
eſui datur· Ignē ſacrū et que aduſta ſūt cū albu
mine illinita reſtringit et ad incolumitatē redu
cit· Item ſuccus blete auribus tepide parū infuſus
ſedat dolorē auriū· Et liniatur cū eo cicatrix au
fert eius liuorē ſeu nigredinē Pandecta·



# Burſa paſtoris Teſchenkrut

burſa paſtoris ſiue ſanguinaria ē frig. ꝯplexio
nis. habet v̉tutē ſtipticādi. et ſūt due ſpēs. vna
habet folia in modū pere et dicit̃ burſa paſto=
ris. ſed alia dicit̃ cētinodia et eſt herba ſerpēs
ſuper terram habens folia in modum rute et ſe
men habet circa folia et dicit̃ etiā lingua paſſe
rina. Hec herbe multum iuuant ad apoſte=
mata calida ſcilicet ad eriſipilam. et valet ſimi
liter ad flecmones ſiue poſtulas rubicundas

et calore ideo burſa paſtoris cū aceto contuſa et
talibꝫ iam dictis applicata repcutit humores ne
reuma tranſire habeat ad locū apoſtematū. Et ſū
mum eſt remediū diſſintericis et emoptoicis de
coctio burſe paſtoris cū plantagine et bolo ar-
meno cū aqua pluuiali decoquendo ꝛ inde bibat
donec ceſſet talis fluxus. ſed ab extra ſup inteſti
na fiat cathaplaſma cū tota herba ipius burſe
paſtoris et plantaginis et boli armeni et albu
minis oui cū aqua pluuiali decoquendo hoc ma-
gnum pſtat in tali caſu iuuamentū. Item ſuccus
burſe paſtoris eſt cōſolidatiuū vulnerū ſangui
noſoꝝ. Iuuat etiā ad vlcera in auribꝫ exiſtentia
repleta putredine pus ibi exiſtens exſiccat. Iu
uat etiā ad fluxū menſtruoꝝ decoctio burſe pa
ſtoris et pſicarie .i. herbe cū maculis nigris cum
aqua pluuiali. Et cū eodē fiat fomētatio p inferi-
rius circa femoralia. Succus etiā bibitus cū bo-
lo armeno mixtus emoptoicis medicatur et co-
licis et ſtranguiriofis opitulatur. vrinam ꝓuo
cat. morſibꝫ venenatis cū vino bibitus ꝓdeſt.
dolorē auriū cōpeſcat. Et decoctio burſe paſtoris
cum ſemp viua in aceto et applicata loco ignito
valet contra ignem ſacrum.



**Berberus.** **Verſitz.**

berberus eſt frigi. et ſic. in ſcđo. ꝫ ſilueſtris ē fri. et ſic. in fine tercij g̃dus. et eſt frutex cū ſpinis. et fructus eius eſt cū ſtipticitate forti vincēti coleram. Succus fructus eiꝰ cū aqua plātaginis ab=ſcindit fluxū ventris inueteratū et hūiditates a matrice fluentes. Et qn̄ fit emplaſtrū cū fructu berberis trito cū ſucco diptanni vel auricule muris attrahit ſagittas infixas carni vel ſpinas et alia ſimilia. Et ſuccus fructus berbari aufert

ſitim calida et fortificat ſtomachum et epar ꝓpter
naturaliter calefacta vicio colere. Et ſuccus ber
beri cū aqua roſarū valet apoſtematibꝫ calidis
cū albumine oui miſcendo ipis ſuppoſitū. Et cō
fert valde fluxui ſanguinis ꝓuenientis ex raſu
ra inteſtinoꝝ ſuccus fructus berberi cum aqua
plantaginis cū parū maſtice miſcendo. Valet
etiā cōtra calefactionē epatis ſuccus berberi cū
aqua endiuie et parū ſandali rubei miſcendo et
epar epithimando crebre donec ꝑpendas eius in
frigidationē. Valet etiā cōtra diſcraſiā febrilem
notāter in febre terciana iſto modo. ℞. ſucci ber
beroꝝ ſucci endiuie aā. lb. ß. florū violarū. m. j.
ſeminū quatuor frigidoꝝ. ʒ. ij. prunoꝝ damaſce
in numero. vij. omnia bulliantur in aqua ſimpli
ci. lb. j. ß. ad cōſumptionē tercie ptis colando co
latū dulcorando cū zucaro albo. et fiat ſiropus ſu
mendus ut ſup̄ dictū eſt in alijs capitulis. quo
cōſumpto ſequentes pillule ſumātur. ℞. maſſe
pillularū de reubar. ʒ. ij. maſſe pillularū de fumo
terre. ʒ. j. diagredij. g̃. iij. miſce cū ſiropo de endi
uia et fiant pillule. ix. ſequenti die ſumātur dia
rodon abbat' vel triaſandali pro cōfortatiuis.
poſtea epithimādo epar ut ſup̄. Pandecta Pla
tearius ⁊c̄.



## Baſelicon baſelich

baſelicõis due ſũt ſpecies· vna eſt garioffila-
ta que habet odorẽ garioffilorum· et eſt cali· in pri-
mo gradu et ſic·in ſcd̃o· et eſt maioris efficacie
Platearius auctoritate cõſtantini·ſed citrinum
eſt ca·et ſic·in p̃mo·et cum reperitur baſelicon in
receptis ſemen intelligitur in medicinis ſed in em
plaſtris ip̃a herba ſumitur· Et ſua aromaticita
te habet virtutẽ cõfortandi et diſſoluẽdi et con-
ſumẽdi et abſtergẽdi et mũdificãdi dicit Pãdecta

aũcte diaſcorid' cap̃. de ozimo vel baſelicone q̄
virtus eiꝰ inter medicos penitus ſit incerta. et
dicũt q̄ ſit inutilis ſtomacho et oculos ebetat et
inſaniã facit. Et qũ baſelicon putreſcit in ſole cō
tingit vermes gn̄ari ex ea herba. Et put ĩe ali-
qui q̄ ſi quis eo die quo baſeliconē ſumpſerit a
ſcorpione ferietur nō poſſe ſaluari. ſed hec opi-
nio falſa eſt Pandecta. immo ſtomacho ꝓdeſt eo
q̄ inflationes eius diſſoluit. et valet ad alia in-
ſtrumenta. qm̄ valet ad ſincopim et cordiacã paſ
ſionē detur aqua decoctionis vel vinũ decoctio
nis eius cũ citro in modũ infuſionis p noctem.
Ipſa herba valet in frigidacōne ſtomachi. hoc
modo decoquatur in vino cũ menta et galanga
Sic etiã valet cōtra indigeſtionē ex frigiditate.
Valet etiã ad fluxũ ventris ex frigiditate pñci-
paliter ad lienteriã que dicit̃ fluxus ventris ca-
balis tali modo Recipiatur ſemen baſeliconis
cũ pari acacie .i. ſucci prunorũ agreſtiũ in aqua
pluuiali et detur patienti et valebit. Valet etiam
ad matricē mũdificandã et mēſtrua ꝓuocanda
fiat decoctio eius cũ arthimeſia et folijs lauri et
fomentetur matrix et fiat inde peſſariũ ſiue ſup
poſitoriũ ad vuluã. hoc etiã valet ad cōceptum.
Ipſa herba baſelicon et tarus barbatus cũ vi-
no cocta cũ oleo inũcta cathaplaſmata anchis
iuuat ad denaſmonē. baſelicon comeſtũ in oleri
bus pſtat bonũ inbelitũ. Et decoctio eius cum
vino bibita valet doloribus oculoꝝ Pandecta
Platearius ⁊c.



# Brionia rosselworzel

brionia eſt calide et ſicce ꝯplexionis ſcꝫ tota her
ba ſcꝫ folia fructus ⁊ radix et habent virtutem
abſtergendi et ſubtiliandi ⁊ diſſoluēdi ideo va=
lent in duricie ſplenis faciendo ēmplaſtrum ex
eo et radice altee et ficubꝫ cū aqua decoquēdo cū
auxugia porci ⁊ loco indurato ipīus ſplenis ap
plicando vel alio membro indurato et valebit
Item cū ſucco brionie abradūtur pili coriorum·
Et ſuccus brionie cūm ſale communi confert

vlceribꝰ fraudulentibꝰ qñ abluuntur cū eo. Idē valet curando fixuras tibiarū. Item radix eius cōtuſa cū feno greco et orobo et aceto quo abluatur cutis mūdificat et abſtergit eam et aufert pānū et veſtigia nigra et cicatrices vlcerū. et aufert liuorē ſub oculo. Et ſuccus brionie mixtus cū oleo et parū cere fiat vngentū ad fiſtulas am et ſedat dolorem. Et ſūmitates huius herbe in principio ſue maturitatis coquitur cū feniculo ꝛ petroſilino et bibitur ꝓuocat vrinā et laxat ventrem. Et quādo fit emplaſtrū ex decoctione briome cū vino ſedat pānericium .i. apoſtemata in vngue. et etiā reſoluit apoſtemata et aperit ea. Extrahit etiā oſſa in vlceribꝰ et putridā carnem Vngentū ex ſucco eius et viride etiā factū cum parū olei et cere. Et vinū decoctionis eius valet ad apoplexiam et epilentiā et occidit fetū. et cōfert morſibꝰ ꝟri et parū inde ſumere debet et ſi nimis ſumat' de ea accidit punctio racōnis doſ eius eſt .ꝫ .ij. Et quādo mulier ſubicit brionā ſibi expellit fetū et ſecundinā. Et ſi bibitur eiꝰ decoctio cū vino ꝓuocat vrinā et menſtruū. et qñ fit ſeſſio ſup idem p mulierē mūdificat matricē Iuuamentū etiā facit ad apoſtema ſamoſū ꝗ ſpendū fiat emplaſtrū cū briona ꝛ altea et auxungia porci mutuo cocta. Serapio Auicē. Pādecta



## Cicorea Sonnenwirbel

Cicorea eſt frigida et humida in ſcđo. Et ſunt due ſpecies. vna agreſtis. alia ortulana. Et ortulana magis infrigidat q̄ ſilueſtris. Succus eius valet contra opilationē epatis et eius calefactionem iſto modo ſumendo. ℞. ſucci cicoree et endiuie ſtolopendrie añ. lb. ſ. florum violarum vuarum paſſularū añ. ℥. ſ. quatuor ſeminū frigidorū. ſeminis lactuce ſeminis portulace añ. ʒ. ij. ſpodij. ʒ. j. omnia ꝯtuſa bulliantur cū. lb. ij. aque

ſimplicis et parũ aceti ad ↄſumpcõnẽ medicta
tis colatũ dulcoratu cũ zucero albo et fiat ſirop9
quo vtatur mane et ſero tepide ut ſup̄· quo ſiro
po cõſumpto ſeqn̄tes pillule ſumãtur· ℞· maſſe
pillularũ de reubarbaro· ℨ· ij· maſſe pillularũ ſto
maticarũ· ℨ· j· diagredii· ℈· iij· miſce cũ ſiropo de
endiuia et fiant pillule· ix· Altera die ſumatur di
arodõ albatis vel triaſandali vel diadragantũ
frigidũ ꝓ ↄfortatiuo· Et ab extra fiat inunctio
ſup iuncturã epatis cũ vngento triaſandali· vel
fiat epithima ſup epar cũ aqua endiuie miſcen
do puluerizatũ ſandalũ rubeũ cũ pannis lineis
imbibitis in ipo epati applicatis· Succus etiã ci
coree iuuamentũ pſtat morſui aialis venenoſi·
Idem valet eriſipule ſeu apoſtemati igneo cũ
farina ordei ſiue ordeo fracto cũ aceto miſcen
do et parũ ceruſe inde fit vngentum vtile vbi
oportet infrigidare Succus cicoree mixtus cum
ſucco altee ⁊ herba paliſ cũ oleo lini et parũ cro
ci miſcendo valet ad podagrã notãter ſedando
dolorem eius· Itẽ aqua cicoree mixta cũ nitro ſi
ue ſale nitri val; contra morfeam ipam abluen
do crebre. Pandecta· Itez ſuccus eius cum aqua
lactuce val; cõfortando cor· Auicen̄· de viribus
cordis·



# Calamẽtũ wilde polei ſteimintz

Calamentũ eſt calidũ et ſiccũ in tercio gradu. Et ſũt tres ſpecies. vna eſt in odore ſuo et in folijs ſilis polegio niſi ꝙ folia ſũt maiora. ⁊ aliqui nominãt illud polegiũ agreſte. Et ſcd̾a ſpecies nominatur nepita. Et ẽſt tercia ſpẽs ſilis mente agreſti niſi ꝙ folia ſũt lõgiora folijs mente Pãdecta Serapio autoritate ga. qñ bibitur ſuccus ei⁹ cũ aqua mellis ꝓuocat ſudorẽ. Et calamẽtũ tritũ cũ oleo et parũ ſalis ⁊ parũ aceti q̃ vngant̾

pulſus manuū et pedū cōfert rigoribꝫ pioticis
ante paroxiſmū p horā vngendo. Item valet ſtra
tice paſſioni ipam ſtram inde vngendo. Et ſuc
cus calamenti cū vino ſūptus vel decoctio eius
in vino ſūpta in potu ꝓuocat menſtrua efficaci
ter. Et qn̄ calamentū ſumitur in medicinis cōfe
rentibꝫ leproſis multū cōfert ipis reſolucō hūo
res reſolucōe forti. Et eius emplaſtratio cū vino
aufert liuorē ſub oculo. Et qn̄ ſumitᷣ ſuccus eius
in potu vel miſcetur in cliſteri occidit aſcarides
et lūbricos. Et occidit ſilr vermes qui generan
tur in auribꝫ et in vlceribus ꝓfundis. Et qn̄ fit
peſſariū ex calamento cōtuſo cū paru vini occi
dit ⁊ expellit fetū. igitur inſtiua quod virtus in
eſt et ꝓpter calditatē eius et ſubtilitatē ptiū et
eius amaritudinē. Et ſola herba in potu data
cōfert aſmaticis ⁊ ytericis ꝓpter amaritudinē
maxime aperiendo epatis opilatonē. vnde bi
bita decoctio eius vrinā ꝓuocat. et morſibꝫ ve
nenatis occurrit eius ſuccus quo vngatur cutis
leſa. et torſionibꝫ vel cōquaſſacōnibꝫ mēbrorum
ſubuenit. Et bibitū calamentū cū vino venenū
amputat. Et cōmeſtū ⁊ bibitū ſtomaticis p̄ſtat
effectū. Et ſuo fumigio ſerpentes de domibꝫ fu
gat. vnde nobiliſſimis antidotis meruit aſſcribi
pandecta. et hodie a medicis diacalamentum p̄
dicatur.



## Centaurea Duſent gulden

Centaurea calidã et ſicca in tercio g̃du· et ſũt due ſpecies ſcꝫ maior et minor· et eſt cõſolidatiua tã= tũ. qꝫ ſi radix centauree maioris ponatur in olla buliente ĩ qua ſũt carnes ſeparate eas cõgluti= nat· Et ſi recens ponatur ſuper vulnus conſoli dat vehementer· et ſimiliter exſiccata pulueri= ſata idem facit· Radix centauree maioris ſũpta in potu cũ liq̃ricia vꝫ in ſputo ſanguis· Jtẽ deco ctio cẽtauree maioris vel mĩoris cũ ſtolopẽdria

et viiſpaſſulis et liquiricia et colatum cū zucaro dulcoratū cōfert febricitātibꝫ. Dicit platearius auctoritate G. ꝙ centaurea eſt ex medicinis nobilibꝫ in remouēdo opilationē ſplenis et epatis ſine nocumento ergo ppetericia cauſata ex opilatione valet decoctio iam ſuperius dicta. Itē decoctio eius cū vino ꝓuocat menſtrua et educit fetū. et nullo mō pregnanti exhibeatur ꝙ aborſum cauſat. talis etiā decoctio cū ſemine feniculi et petroſilini ꝓuocat vrinā. Et ſirupus decoctionis centauree addito zucaro valet ɔtra opilacōnem ſplenis et epatis renū ꝛ veſice et ɔtra ſtrangwireā et diſſureā. Et centaurea cū vino et oleo cocta et cathaplaſmata circa renes et pudibunda et pectus et etiā ſup ſplenē cōfert. Vngentū etiā factū ex ſucco eius et puluere et oleo et parum cere valet ſup ſplenē induratū. Item in duricie ſplenis et epatis et ad alia p̄dicta et principaliter ɔtra yctericiā valet talis ſiropus. ℞. ſucci centauree. lb. j. aque ſcolopendrie. lb. ſ. radicē feniculi petroſilini apij quatuor ſeminū frigidorum. ana. ℥. ſ. quibꝫ decoctis ad cōſumptionē tercie ptis colatū cū zucaro dulcoretur et fiat potus ſumendus ut ſup̄. Prius ſumātur pillule de reubarbaro. et diacalamentū ꝓ cōfortatiuo. Idem potus valet cōtra yliacam paſſionem. Item pro oculis clarificandis valet ſuccus eius cum aqua roſ. Pandecta Platearius.



## Cartamus wilde ſaffran

Cartamus eſt ca· in p̃mo et ſic· in ſc̄d̄o g̃du· et me
lioꝛ ps plante ip̄i9 eſt ſemen poſt illō flos eius·
Eſt autē cartamus aperitiu9 abſterſiuus cōtur-
batiuus faciēs nauſeā· ideo ineſt ei virtus ꝓuo-
catiua vomitus et laxatia p ventrē et multū no
cet ſtomacho faciēs faſtidiū· ſed eſt debilis ſolu
tionis ideo additur ei parū ꝫinciberis ꝓ rectifi-
catione· ſed ꝙ nocet ſtomacho emēdatur cū ga-
langa vel macibꝫ· Semen cartami datū cū parū

mellis deſpumati et parũ gal ĩge purgat vẽtrẽ
Itẽ flos cartami tritus mixtus cũ aceto et linat'
ſup malã carnẽ ſiue impetigĩnẽ aufert eã. Et itẽ
auctoritate meſue linitũ ſup linguã pueroꝝ vel
os vlceratũ cõfert. Cartami flores decocti cũ vi
no ab extra applicando lac coagulatũ diſſoluit et
diſſolutũ coagulat. et laxat hũores flecmaticos
et aduſtos cũ parũ zinziberis inſcẽto. Decoqui
tur etiã medulla ſeminis cartami cũ ſpeciebꝫ ut
ſupᵃ in iure galli. et multũ valebit ꝓ eductione
flecmatis peccantis in pectore ſeu ſtomacho p
vomitũ ſiue p ventrẽ. Item valet in colica p viã
cliſteris. Decoctio vero floris cartami in aqua
mellis remouet ictericiã. Valet etiã potus florũ
cartami cõtra pũcturã ſcorpionis. Itẽ lac amig
dularũ dulciũ cũ ſucco ſeminũ cartami et aq̃ ordei
aut pſilij cũ aniſo et parũ mellis fiat decoctõ
et colatura quõ valet in diſſinteria et dicit multũ
valere. et q̃titas illius ꝓ vna doſi eſt. ʒ. vj. Item
flores cartami ꝯtuſi cũ aceto et pũcture ſcorpio
nis appoſitũ ꝯfert. Et quidã putãt q̃ ſi percuſſus
a ſcorpione ſi tenuerit radicẽ cartami nõ ſentiet
dolorem. et qñ ꝓiciet eã ſentiet. Item gallus antiq̃
quus virga ꝑcuſſus et illico interfectus et deplu
matus et in eius ventre ponatur de cartamo et
polipodio et aniſo et calamẽto et cinamomo et
bulliatur in aqua cuius ius multũ valebit ad ꝑ
dicta. Pandecta Platearius.



## Cinogloſſa hundes zunge

Cinogloſſa.i.lingua canis.et dicitur a cinos qđ eſt canis et gloſſos qđ eſt lingua.et eſt herba ſi=milis arnogloſſe.niſi quia ſunt ei coſte apparentes in folijs. Eius ſuccus mixtus cū aceto medetur vlceribus oris et alijs vlceribus fraudulentis. Et eſt frigide cōplexionis et ſicce. Et eius ſuccus cum ſucco plantaginis et radicis yreos ꝛ parum mellis valet ad alcolam ſiue apoſtema oris vlcerati.

Et balneũ decoctionis cinoglosse cũ plantagie et burse pastoris vals ꝯtra geomorreã. Et post balneũ fomententur genitalia cũ decoctione florum agni casti et parũ castorei et aceti. Vel fiat potus cũ semine lactuce psilij citrulli melonum cucumeris portulace storiole. Sumat cũ aceto et agresta qui potus extinguit libidinẽ inspissans do sperma. Alia autẽ sũt maturatiua spũs ꝯsumẽ do sperma et ventositates ut agnus castus ruta maiorana calamentũ ciminũ anetũ sũt eni aperitiua ẽt resolutiua Platearius capitulo agnus castus. Cõfert etiã decoctio cinoglosse cõtra viscositatẽ stomachi et ꝯtra discrasiã pulmonis ex calida causa cũ aqua mellis ministrãdo. Itẽ accipias linguã canis siue cinoglossam cũ corde ranicule et eius matrice pone vbi vis et post modicum tpis cõgregabũtur omnes canes ville et si pdictũ sub pollice pedis habuens omnes canes obmutescent nec poterint latrare. Et si pdictum in collo alicuius canis posueris ita ꝙ non possit ore attingere semp vertetur in circuitu ad modũ rote volubilis donec cadat in terrã velut mortuus. et hoc est expertũ nr̃o tpe. Albertus de virtutibꝫ herbarũ.

## xxxviij



## Camomilla Camillen

Camomilla eſt calida et ſicca in ꝑmo· habet virtutē mollificandi et diſſoluēdi· frondes et flores ſūt equalis virtutis· Et aqua decoctionis eiꝰ cū arthimeſia cū qua fomētetur matrix valet ꝓuocando menſtruū· Idem valꝫ mulieribꝫ difficulter parientibꝫ· Decoctio floꝝ camomillaꝝ et extremitatū abſinthei et radicū feniculi petroſilini et quatuor ſeminū frigidoꝝ in vino cū zucro albo dulcorando de quo bibatur, valꝫ vrinā ꝓuocādo

ſapitem expellendo· inflationē ſplenis et dolorē epatis ⁊ phlegmatis diſſoluit ⁊ ictericiā curat· Cōfert etiā decoctio camomillarum et florum violarum et quatuor ſeminū frigidarum et ſe· lactuce et endiuie cū liquiricia et ficubus cū aqua et parū zucri miſcēdo in potu exhibendo valet peripulmonicis et epaticis· Itē flores camomillarum cū aceto et parū ſalis cōis et oleo eius mutuo cōquaſſata valet febribus proticis pulſū manuū ⁊ pedum inde 'emplaſtrādo ante horā paroxiſmi· Sed cū oleo camomillarū vngatur dorſū patientis febrem terciana valet cōtra rigorem eius. Et cū aliquis fuerit fatigatus propter laborem tūc mungatur dorſum cum oleo eius et oleo aneti et de mane nichil ſentitur· Et decoctio eius ⁊ arthemiſie in vino bibita et ſuppoſita fomento mēſtruus imperat abortum celebrat· calculos frangit· vrinā prouocat· torſionibus et inflationibus auxiliatur· Eſt autē extenuatoria et propterea diuretica eſt et relaxatiua cōdenſat et arefacit· ideo in doloribus multū iuuat Item flores camomillarū in oleo cocti cum quo vngantur yppocūdria dolorem ſedat· Item ſedat dolorē capitis et oculorum· Epaticis ſuccus eius potui datus preſertim febricitantibus cū aqua endiuie mirifice prodeſt Pandecta· Camomilla ſedat dolorem apoſtematū mollificando ⁊ reſoluēdo· Amcē·



# Camepitheos groſz gāmadre

Camepitheos calidū et ſiccum in ſcđo gradu· et dicitur camedreos maioꝛ· habet virtutem diureticā mūdificatiuā et laxatiuā· et eſt reſolutiuū vētoſitatum et attēnuatiuū groſſoꝝ humoꝛū· ideo valet contra opilationē ſplemis et epatis atqꝫ matricis· vrinam ꝓuocat et menſtrua extirpat et ictericiam curat et nefreſi auxiliatur et inteſtina purgat· Iſto modo fiat potus· Recipe· camepitheos arthimeſie ſtolopendrie· aā· m· vnum

radicū bruſti ſpargi ſeminū feniculi petroſilini-
aā.ʒ.ij.oīa bulliātur in vino et aqua ad ɔſūptio-
nē tercie ptis. colatū dulcoretur cū zucro et fiat
potus quia ad oīa ꝑdicta ꝑſidiū ꝑſtat. Et ſuccus
camepitheos cū mellicrato et bibitur valʒ ſtrāg-
wirie. Et ſuccus camepitheos habēt virtutē cō
glutinādi et incarnandi ſeu cōſolidandi vulnera
magna. et curat plagas putridas. et reſoluit du
rities mamillarꝝ miſcēdo ſucco eius farinā fenu
greci et farinā ſeminis lini cū ſucco radicū altee
Et quādo bibitur de ſucco camepitheos cū ydro
melle. xl. diebꝫ curat ictericiā. et vʒ in potu egri-
tudinibꝫ epatis et ad ſtrangwireā et dolorē renū
et ad pūctiones inteſtinorꝝ. Itē ſuccus camepi-
theos cū ſucco caulū cū melle miſcendo valʒ ad
conglutinandū vulnera et ꝓhibet dilatacōnes
Fornice et aliorꝝ apoſtematū de putredine mul-
tū corroſiua. Itē pulvis camepitheos cum melle
datus valet cōtra lūbricos cum ſucco centauree
miſcendo. Item ſuccus eius cū ſucco ꝑmule ve-
ris vel ſucco herbe paliſis in vino cocta miſcē-
do caſtoreū quo inungat' locus paliticatus ma-
gnū ꝑſtat iuuamentū. Et decoctio camepitheos
cū abrotano et vino et zucero miſcēdo in potu da
ta matricem infrigidatā calefacit et mūdificat a
ſupfluitatibꝫ flecmaticis. Pandecta.



## Capillus veneris          ſteyn rute

Capillus veneris alio noīe adiautas Pādectā
et Johes meſue ca. de capillo veneris dicitur ca=
pillus fontiū. et ſcd̄m quoſdam coriandrū putei
nūcupatur. Et eſt herba cuius folia ſūt ſilia fo=
liis coriandri. Et ſm diaſcoridem dicit̃ poletri=
con que oīa in idē redeūt. Naſcitur in locis vm=
broſis et aquoſis et parietibꝰ humidis et circa
fontes. frigide et ſicce eſt ꝯplexionis tp̄ate Pla
tearius. virtutē habet diureticā. recens eſt multe

efficacie·exſiccatiue paſſiue virtutis·herba vtilis
eſt nō radix· Cōfert cōtra calefactionē epatis et
febri tercianè,ꝓdeſt ex eo factus ſirop⁹·℞·aque
decoctionis eius et endiuie et ſcolopendrie cum
ſeminibꝫ quatuor frigidis et ſe·portulace et la=
ctuce et ex hijs fiat ſiropus cū zucaro quo vtatur
mane et ſero ꝓ qualibet vice in quantitate me=
dij ciphi·Deinceps ſumantur pillule de reubar=
baro cū acumine triū granoꝝ diagredij· vel lo=
co pillularꝫ ℞·electuarij de ſucco roſ·diaſene an̄
ʒ·ij·caſſiefiſtule·ʒ·iij·miſce et fiat bolus·Poſtea ſu
matur ſandalū vel diadragantū ꝓ cōfortatio=
nis·Capillus veneris facit oriri capillos malos
picia et diſſoluit ſcrofulas· eius ſuccus mixtus
cū ſucco abrotani et parū mellis quo linatur lo=
cus depilatus·vel ponatur ipa ad lixiuium quo
abluatur locus depilatus ratificando cutem callo
ſam inde liniatur locus talis cū ſucco ꝛ melle ut
ſup̄·Item ſuccus capilli veneris cū ſemine feni
culi et milij ſolis decoctus cū vino frangit lapi=
dem·et iuuat ad excreandū humores flegmaticos
in pectore peccantes cū ſucco yreos ꝛ parū zucari
miſcendo Serapio· Item elixatura capilli veneris
et ſcolopendrie in vino valet opilationi ſple=
nis et epatis et ſtrāguirie· et abſcindit fluxum
ſanguinis Pandecta.



## Cepe Czwebeln

Cepe calide ſūt in quarto cū aliquali humidita-
te·et cepe longe et rubei coloris ſūt acutiores ro-
tūdis et cepis albis·et eſt aperitiua quia aperit
orificia venarum que ſunt in ano· ideo aperiūt
cepe emoroidās quādo applicātur ano·Et ꝓuo
cant menſtrua applicando cepā in modū peſſarij
Itē cepa eſt inflatiua ⁊ difficilis digeſtionis no
tanter cruda·Et cepa cocta calefacit corpus et
ſubtiliat in ipō groſſos humores flecmaticos.

ideo colericis nocet. ſed flecmaticis et habūdan tibus flecmate viſcoſo et cruto cōfert. quia cepa in ſcindit et ſubtiliat groſſos hūores ideo talibus epulas pſtat tutas. Item cepe generāt ſitim et mordicāt et gignūt ventoſitates molliūt vētrē et fit ex eis ſuppoſitoriū. Et ſuccus ceparum mix tus cū puluere maiorane et paruis imbibitis na ribus inflatus purgat caput. et dicitur caputpur giū. Et cepa cōtuſa cū aqua et ruta valet in mor ſu canis rabidi. Et cepa mixta cū mdo prūdinū et melle pſtat ſquināte pſidiū ab extra applicato Itē cepa cōtuſa cū aceto et inde liniatur morfea in ſole et cōfert. Et qū ſuccus ceparum cum titbia miſcetur et applicatur oculis valet ad pruritum oculorum qui a flecmate ſalſo cauſat. Et qū miſce tur cū ſale et adminiſtratur ſup verucas aufert eas. Et quādo ſuccus eius miſcetur cū adipe gal line et apponitur aufert calles ſeu nodos q̄ fiunt in pedibꝰ ꝓpter calciamenta. Et ſuccus ceparū diſtillatus in aurē cōfert debilitati auditus et in tinitui eius et aque deſcendenti in eā. Et qū linit ſuccus eiꝰ cū ſucco abrotani ſup alopiciā facit naſci pilos. et circa barbā inunctus facit eā ac celerare quia fricatio facta cū cepis aperit poros et inde aptatur locus ꝓ creſcentia pilorum in lon gum et hoc habetur ꝓ expto Serapio. Item ce pe valent ad ꝓuocandū coitū Et frequēter cō meſtum obtenebrant viſū. Item inducit ſomnū quia replet caput vaporibus.



**Coꝛiandrū** **Co [illegible] ider**

Coꝛiandrū eſt planta cuius ſ ſemīe cōmuniter vti mur in medicinis et eſt frigidū in p̄mo et ſiccum in ſcd̄o Auicennā· ſed Serapio dicit ip̄m declina re ad caliditatē. ſilr Galienus· ſed diaſcoꝛid· cō tradicit et vult ꝙ ſit frigidū· Nota ſuccus eius valꝫ apoſtematibꝫ calidis cū aceto ⁊ ſucco ſem per viue miſcēdo. Itē ſuccus coꝛiandri cū farina fabaꝝ et furfure tritici cū roſꝭ et aceto miſcendo remouet inflationē teſticuloꝛū ip̄is applicando·

Item coriandrũ ꝑparatũ cũ aceto poſt prandiũ
comeſtũ valꝫ ad ꝓhibendũ aſcenſũ vapoꝝ ad
caput· ideo epilentia ꝓueniens ex vaporũ exa
latione ad caput ꝑ coriandrũ poſt prandiũ cõ
meſtũ curatur· Et coriandrũ ꝑparatũ puluerisa
tum cũ ſucco plantaginis bibitum valet contra
fluxũ ſanguinis Et ſuccus eius cum aceto valet
cõtra ignẽ ſacrũ· Item ſemen eius cũ aqua plan
taginis potatum a muliere illico ſtringit men
ſtruũ et fluxum ventris patet experientia Pan
decta· c· de coriandro· Coriandrũ recens eſt fri
gidum narcoticũ inducens ſincopim et ſtuporẽ
q; ſuo odoratu cõgelat vapores et fumoſitates
aſcendere ad caput ideo valet in ſoda ſiue dolo
re capitis· Et valet ebrietati ideo põit̃ in cibis
epilenticoꝝ· q̃n cauſe epilẽie ſũt vapores aſcẽ
dentes a ſtomacho· Et aqua infuſionis corian
dri cũ ſucco abſcondit virge erectionẽ et deſiccat
ſperma· Itẽ ſuccus coriandri naribꝫ inflatus re
ſtringit ſanguinẽ nariũ· Idem facit q̃n odoratur·
Itẽ ſuccus coriandri cũ ſucco ſempviue et aceti
cũ pane miſcendo valet applicare in eriſipila vel
apoſtematibꝫ calidis· vel miſcẽdo ſuccũ corian
dri cũ lacte vel ceruſa et aceto vel oleo roſ et idẽ
facit in igne pſico Serapio· Itẽ coriandrũ ꝑpa
ratũ valet cõtra vertiginẽ cauſatã a vapore cali
do aut flegmatico· Et ſuccus eius diſtillatus in
oculo ſedat eius pulſationẽ· Et coriandrũ valet
in tremore cordis· dando eius puluerẽ cũ aqua
boraginis.



**Cuſtuta** **Syde vff flaß**

Cuſtuta eſt res inuoluta ſup linū eſt calidum in p̄mo et ſiccū citra ſcðm. Eſt mūdificatiuū et purgatiuū melancolie principaliter ſecūdario flecma. Jſto modo. ℞. cuſtute ſtolopendrie an̄. m. j. polipodij. radic̄. eſule. foliorum ſene an̄. ℨ. ß. florum violarum boraginis an̄. m. ſ. omnia bulliantur in vino et aqua an̄. lb. j. aceti parum ad cōſumpcōnem tercie ptis colatū dulcoretur cū zucro et fiat potus ſumendus ut ſup̄. poſtea ſumātur pillule

ſequentes ℞· maſſe pillulaꝝ de lapide lazuli maſ
ſe pillulaꝝ ſtomaticaꝝ añ ʒ· ſ· turbit· ℈· ſ· macis
beris ʒ· ııı· miſce cū ſiropo de ſtolopendria et fi
ant pillule· ıx· vel ſumat̃ diaſene· ı· ſ· cū p̄dicta
decoctione loco pillulaꝝ· poſtremo ſumat̃ dia
calamentū vel diacapper· ꝑ cōfortatiuis· Valet
etiā p̄dictus ſiropus aperiendo cōtra opilatio
nes ſplenis et epatis et renū· Ad idem valet de
coctio cuſcute cū ſtolopendria et ſeminib9 diu
reticis ſcꝫ ſemie feniculi petroſilini in vino· Idē
potus ꝓuocat vrinā et confert yctericie que fit
ab opilatione ſplenis ac epatis· et iuuamentū
p̄ſtat ꝓprie febrib9 infantū cū zucro dulcorata
iam dicta decoctio· Item decoctio cuſcute eſt bo
na ſtomacho et maxime quādo miſcetur cum ea
aniſum apiū et galange Serapio· Cōfortat etiā
ſtomachū et aufert q̄d in eo eſt fixū de ſup̄fluita
tibus decoctio iam dicta· Et quādo bibitur cum
aceto ſedat ſingultū et aperit opilationes cum
vino potata· Et aqua decoctionis eius eſt mi
rabilis ad yctericiā· Et decoctio eius et aniſi et
ſcabioſe cōfert dolori pūgitiuo veneris· et mun
dificat ſordes inteſtinoꝝ et matricis et renum·
Auicēna· Item eius cōplexio eſt ſcd̄m cōplexio
nem herbe cui adheret· quoniā fit calida ꝑ ad
herentiā calide herbe ſeu arboris· et fit frigida
ꝑ adherentiā frigide· Pandecta·



## Cyperus wild galien

Ciperus eſt ca· et ſic· in ſcđo· et eſt herba trian-
gularis· Et radix eius cōfert vſui medicine· ha-
bet virtutē diureticā· ideo valet cōtra ſtrangwi-
riā diſſuriā et cōtra lapidē· et tali modo fit vſus
℞· radič ciperi bene triti· radič petroſilini aň· ʒ·
vj· ſeminū apij feniculi ſaxifrage aň· ʒ· j· oīa ꝯtu-
ſa buliantur in vino ad conſūptionē tercie ꝑtis
colatū cū zucro dulcoretur et fiat potus· Ad idē
vʒ cathaplaſmatio cū cipero bulito ꝯquaſſato

in oleo et applicata pectori ꝑ certo ꝓuocat vri-
nam humores diſſoluendo. Et decoctio radicis
cipe[r]i in vino cū ſaxifraga et cū ſiringa in vir-
gi[n]e miecta lapidem frangit ꝑ certo cōfert. Itē
valet cōtra dolorē ſtomachi et inteſtinoꝝ ex fri-
giditate et ventoſitate ꝑdicta pono. vel ad idē
valet vinū decoctionis cipe[r]i cū cinamomo. ha-
bet eni cōfortare virtutē digeſtiuā. Itē decoctio
cipe[r]i trita in oleo fere vſq; ad cōſūptionē. poſ-
tea ſup carbones ponatur et patiens recipiat
fumū p os et p nares. optimū remediū eſt in li-
targia .i. obliuione ſeu apoſtemate flegmatico.
Puluis radicis ei⁹ poſitus vulneribꝫ putridis
putredinē tollit Platearius. Item vſus eius fa-
cit bonū colorē et bonū odorem oris. Item cipe-
rus tritus et mixtus cū ſucco paliſis ꝛ parū olei
calidi valet ad dolorē iuncturaꝝ ca tepide vngē-
do et neruos debilitatos. Itē frequens vſus ra-
dicis cipe[r]i inducit leprā et adurit ſanguinem
Auicēna. Item decoctio cipe[r]i cōfert putredini
narīū et oris et mollificationi gingiue. Et vinū
decoctionis eius cōfert diſtillacōni vrine et de-
bilitati veſice valde ꝛ frigori eius vehementer
et ſimiliter operatur in renibꝫ. Silr cōfert frigori
matricis ꝛ emoroidibꝫ adiuuāt pſtat emplaſtrā-
do cū decoctione eius. Et decoctio eius ſuperius
dicta valet febribꝫ inueteratis ex flegmate. Se-
rapio Pandecta Platearius.



## Celidonia Schelwortz

Celidonia calida eſt et ſicca in q̄rto g̃du. Et ſunt due ſpēs ſcꝫ maior et minor. tamen vna ꝓ alia poteſt poni. Et cū in receptis reperitur radix nō herba debet poni. Radix eſt maioris efficacie. Virtutē habet diſſoluēdi ꝯſumēdi et attrahēdi. Cōfert dolori dentiū ex frigida cā. radix aliquātulū trita et circa dentē dolentem teneatur. Confert etiā ad caput purgandū a frigidis humoribus. et vuluā repletā flecmate exſiccare habet.

radix celidonie trita coquatur et patiens fumū
p os recipiat. poſtea fiat gargariſma ex celido
nia in vino cocta et colato addatur parū zinzi-
beris et piretri et parū aceti et mellis et valebit
Item celidonia trita et in vino cocta et ſpōgia
infuſa in tali decoctione inteſtinis applicata va
let in colica paſſione. Cōfert etiā ad mēſtrua ꝓ
uocanda et ad matricē mūdificandā. fiat fomen
tum crebre ipi matrici ex aqua decoctionis ipiꝰ
Item aqua decoctionis ipius cū melle mixta va
let ad cancrū oris addendo puluerem roſarū ſic
carū in modū pulmenti. Item puluis radicis ce
lidonie cum ſucco celidonie mixtus valet ad fi
ſtulas ori eius immittendo platearius. Et ſuccus
celidonie vel aqua eius in qua ſit diſſoluta tu
tia vtilis eſt ad viſū cōfortandū in quo cernis
tur aliquid groſſum ſcdm pupillam. Quidā reci
piūt vinū decoctionis eius radicis cōtra yeteri
ciam. Diaſcorides. ca. de celidonia dicit. ſuccus ce
lidonie maioris melle coctus ſup carbones ocu
loꝝ maculas detergit. Item ſuccus celidonie cū
parū ſulphure quo vngatur cutis eius ſcabiē
detrahit et vngues leproſos excludit. Succus
eius melli mixtus naribꝰ infuſus caput purgat.
Pādecta. Item dicit Serapio auctē diaſcorid.



## Cathapucia Sprinckwortz

Cathapucia calida eſt in tercio ꝛ huĩda in ſcdo
g̃du. Quãdo autẽ in receptis repit̃ fructus non
herba debet poni remoto exteriori cortice. Et cã
thapucia viridis v̇tutẽ habet pñcipaliter pur̃
gandi flecma ſcdario melancoliã et colerã. Ha-
bet etiã virtutẽ purgandi hũores p ſupiora ex
vnctuoſitate et lenitatẽ quã habet. vnde qñq̃
ſatis cõfert ſanis ꝑ p̃ſuacõne ſanitatis. Et da-
tur̃ etiã egris ad egritudinẽ remouendã contra

febrem quotidianā de flecmate ſalſo ex quo gñā
tur ſcabies. Iſto modo fiat potio. Re. cathapu:
cie ſcabioſe fumi terre ana m. j. radic̄ eſule mino:
ris polipodij aā . ʒ. ß. cuſtute foliorū ſene aā ʒ. ij.
omnium iſtorū fiat bulitio in aqua in eius colatu:
ra addatur parū mellis deſpumati ꝛ fiat ſiropus
digeſtiuus et laxatiuus. Ad idem fiat claretum
recipiendo cathapuciā tritā cum ſpeciebus ſci cina:
momo galanga ꝛ c̄. cū vino paru decoquatur cū
melle miſcendo et p ſacculū diſtillando ut moris
eſt et multū valebit delicatis patientibus febrem
quotidianā. Item etiā modus ꝓdeſt podagri
cis. Item in vere etiā mꝰtū recentū vel aliorū
ciborum tale claretū poteſt miſceri. Cōfert etiā vi
num decoctionis cathapucie in yliaca paſſione
Item pſidiū pſtat cōtra paraliſim et arteticam
cū radice eſule et herba nomine pimula veris de
coquendo cū parū mellis deſpumati miſcendo.
Item puluis cathapucie cū parū cinamoni in
ouo ſorbili ſūptus vel in brodijs fumento ſine
moleſtia purgat humores flecmaticos. Et vir
tus foliorū cathapucie ē debilior granis. Et gra
na. xv. excorticata et mixta cū parū aloepatici ꝛ
parū maſtice in modū pillularū purgāt flecma
et coleram et humiditates aquoſas et ꝓuocat
nauſeam et vomitū. Et cōfert etiā potus decocti
onis eius cōtra ſcabiem. et in lepra auxiliū pſtat
p lubricos laxando expellit Serapio Pādecta.



## Cucumer kurbiſz

Cucumer eſt frigidus et ſiccus in ſcdo. Semen
in receptis aſſumitur. Et ſemen citrulli et cucur-
bite et melonum et cucumeris ſunt fere eiuſdem
virtutis. Iſta ſemina ſedant caliditatem et co-
leram. et preſtant cucumeres et citrulli rc. ma-
lum chimum et preparant ad humorum putre-
factionem et ad febres. Et ſemen cucumeris me-
lius eſt ſemine citrulli. Citrullus vero longio-
ris eſt digeſtionis. cuius vſus generat febres

tromcas. cuius nocumentū expellit amſū a ve-
hementia inflacōnis ſtomachi. Ite habētes ſiue
copiā calida ocreātes ipm remuifcūt. Item ſuc-
cus cucumeris vel citrulli z ē ſedat ſitim. Et qñ
bibitur de radice eoꝝ cū ydromelle facit vome-
re humorē ſubtile eo magis qñ huic cōmiſcetur de-
coctio ca-bapucie. Et ſuccus eoꝝ cōfert dolori-
bus teſticuloꝝ et veſice. Et ſemina p̄dicta ſunt
diuretica ideo p̄cipue medicine cīpetur. Et va-
let etiā ſemina cōtra opilationē ſplenis z epatis
renū z veſice et cōtra apoſtemata pectoris a cor-
pibus exterioribꝫ mūdata vnde cōteriitur et in aq̄
ordei coquūtur et colatū cū parū ſucci miſceatur
et confert p̄dictis viſceribus. In acutis eni febri-
bus p̄cipue terciaris cōtinuis vel interpellanſ
cōfert decoctio quatuor ſeminū p̄dictoꝝ in modū
ſiropi tali mō diſpenſanto. R. decoctōnis quatuor
ſeminū frigidoꝝ z ſucci endiuie an. ℔ ꝭ. floꝝ vio-
larū vuaꝝ p̄aſſulaꝝ an. ℥. ꝭ. ſeminū lactuce por-
tulace ordei mirabe ſebeſten an ℥. ꝭ. prunoꝝ da-
maſcenorū. vn. bulliantur oīa cū p̄dictis ſuccis
et parū aceti ad cōſūptionē tercie p̄tis colatū bul-
liatur cū ſucco albo z fiat ſiropus ſumēdus ut
ſup̄ in alio capitulo inſinuatū eſt. Poſtea ſumatur
electuariū de ſucco roſ. ℥. ꝭ. cū parum caſſiefiſt.
miſcendo p̄ liceantuo. Poſtremo ſumatur trifan
dali vel diarrod. albat. p̄ confortatiuis. Item ſiro-
pus valet acute febricitātibꝫ epaticis z ethicis
et aliqui iuter p̄ vermā purgat z laxat. Pandecta
Serapio Platearius.



# Calam⁹ ſilueſtris wild calmis

Calamus ſilueſtris aromaticus eſt calide ⁊ ſicce cōplexionis. et habet virtutē ſubtiliandi et for-tificandi ſua aromaticitate. Et ꝓuocat vrinā et menſtrua bona ꝓuocacōne. notāter vinū deco-ctionis eius cū aſarabacca et abrotano cū parū melle deſpumati dulcorando. de quo ſumatur in potu mane et ſero ꝓ qualibet vice in quātitate medij ciphi. Et herbe tales relicte poſt decoctō nem calide applicentur circa femoralia matricē

aptat ꝓ ꝓuocatione menſtrui. Silr valet vinū decoctionis calami ſilueſtris cū grānine et ſeni ne apij et ebuli cōtra ydropiſim ex frigida cauſa addendo colato parū zucri. Item etiā confert diſtillationi vrine ſcꝫ ſtrangwirie et egritudinibus renum. Et quādo peſſariū fit ex herbis relictis poſt decoctionē iam dictā ꝓuocat mēſtruū et cōfert dolori matricis. Ad idem valet balneū in quo ſint p̄dicte herbe bulite qd̄ balneū aufert matricis dolorem Serapio. Itē emplaſtrū factum ex dicto calamo cū fanamūdi et radice diptami mutuo cū oleo cōquaſſato cōfert et auxiliū magnū p̄ſtat in fractura cruriū vel in eoꝝ cōtuſione. ideo in lingua vulgari ſumit ſibi ſuū ꝓpriū nomen aſſcriptū ſue virtuti nomie beyn welle cū eius virtus in reſtauratione cruriū diſſolutionem cōtinue patientiū vel cōtuſionē. patet p experientiā. Et radix huius calami ſilueſtris eſt multū aromatica et ſilis calamo aromatico. Valet cōtra dolorem ſtomachi et inteſtinoꝝ ex frigiditate et ventoſitate. Vinū decoctionis eiꝰ cū cinamomo et galanga digeſtionē cōfortat. vel detur puluis eius cū galanga et cinamomo ꝛ paꝛum zucri in modum tragee.



# Canapus                    Hanff

Canapus eſt calidus et ſiccus in ſcdo gradu. Se-
men canapi eſt maioris efficacie q̄ herba qd ex
ſiccat exſiccacōne forti. Et habet virtutē reſoluē
di inflationes et ventoſitates/ideo valet ipm ad
miniſtrare in ydropiſi ex frigida cauſa. Et qñ ni
miū comeditur exp̄ſſio ſui ſucci deſiccat ſperma
Et quidam exprimūt ſuccum eius qui diſtilla-
tur in aurem et ſedat dolorē eius potenter Sera
pio. Et radix qñ coquitr cū radice malue z ſolatri

in modū emplaſtri valet apoſtematibꝫ calidis Et cortex eſt idoneus ad faciendū funes. Et de aprietate eius eſt qꝛ deſiccat humiditates q̄ ſunt in auribꝫ q̄n diſtillatur in eis ex oleo eius. Et q̄n aliquis vtitur ſucco expreſſo a ſemine facit loͣdam. Et folia canapi cū abrotano in lixiuio bulita et caput inde lauetur. delet furfures et facit ad piloꝝ longitudinē. Et eius nutrimentū non eſt conueniens ſtomacho qꝛ dure digeſtionis exiſtit. Item ſemen eius educit ventoſitates. Itē ſuccus totius herbe applicatus vulneri dolorem eius mitigat. Item ſirop9 acetoſus de zucro exhibitus poſt ſūptionē ipſius canapi aufert nocumentū preſtitū ex eſu ipſius canapi. cum canapus ſit multū euaporatiuus vaporū ad cerebrū vnde generatur ſoda ſiue dolor capitis. ob id ſiropus acetoſus de zucro p̄fatus tale nocumentum aufert. Item ex decoctione radicis et ſemis canapi cū cerusa et oleo roſarū fit emplaſtrū apoſtematibꝫ calidis et eriſipile. Item cū comeditur ſuccus ſeminis canapi in cibis facit ſtomachum dolentē dolere. et facit etiā malū humorē in ſtomacho eructuare. huic obuiat diacimnū qđ eſt ventoſitatū reſolutiuum.



## Daucus creticus Fogelneſt

Daucus creticus calidus et ſiccus in tercio gra-
du· cuius flores magis ↄpetūt vſui medicine q̄
folia ⁊ radix minime· cuius due ſūt ſpēs ſcꝫ dau
cus creticus qui maioris eſt efficacie· Et eſt dau
cus aſininus qui exiſtit cibus aſinoꝝ· hic innui-
tur daucus creticus· Virtutē habet diſſoluendi
cōſumendi attenuandi et eſt diureticū· Cōtra fri
gidū aſma et tuſſim de frigida cauſa cōfert· detur
vinū decoctōis eius ⁊ ficuū ſiccaꝝ cū liquiricia

Si ſit talis diſtraſia ſine febre. ſed cū febre detur
aqua decoctōis dauci cretici et ficuū ſiccarū et li⸗
quiricie. Et detur etiā dyapraſſiū cū vino decoctis
onis eius in cauſa frigida vel cū aqua decoctō⸗
nis eius in cauſa calida. Confert etiā vinū deco⸗
ctionis eius cū aniſo cōtra groſſam ventoſita⸗
tem. vnde yliaca paſſio ſepenumero inpignari
hʒ. Contra ydropiſim de frigida cā detur talis ſi⸗
ropus. Rx florum dauci. m. j. ſeminū apij feniculi
petroſilini. ań. ʒ. ſ. Radicū bruſci ſpargi ań. ʒ. j. q̄
bulliantur in vino et aqua. ań. lb. j. ad cōſumpcō⸗
nem fere medietatis et colatū dulcoretur cū pa⸗
rum mellis deſpumati et fiat potus ſumendus
ut ſup̄ quo cōſumpto ſumātur pillule de inſenſ
dō. Et poſtremo exhibeantur dialacca vel dia⸗
coros ꝓ cōfortatiuis. Talis etiā potus iā dict⁹
opitulat̄ opilacōe ſplenis et epatis ꝛ vias me⸗
atuū vrinarū apent. Talis aūt potus matricē ꝫ
mūdificat ꝛ extergit a ſuis ſupfluitatibꝰ ſine mo⸗
leſtia inſcendo cū triffera magna mcolar. Vel
fiat peſſariū inde cū triffera cui miſceatur pul⸗
uis dauci et parū mirre in oleo bulliendo et ma⸗
trici imponatur. Itē cōtra viciū lapidis et contra
ſtranguiriā ꝛ diſſuriam vꝫ vinū decoctōnis dau⸗
ci. Platearius. pandecta. Serapio.



## Diptamus. Diptam

Dyptamus calidus et ſiccus in tercō gradu in ca-
lidis locis lapidoſis p̄cipue repitur· Radix di-
ptami maioris eſt efficacie q̄ herba· et radix in
receptis repitur· Eligenda eſt radix que inte-
rius habet ſolidam ſubſtātiā nō pforatam· vir-
tutem habȝ diſſoluendi cōſumendi attrahendi
venenū vnde p̄cipue valet ꝯtra morſum aīaliū
venenoſorum ip̄a herbā trita cum ſucco cepa-
rum et applicata morſui miro modo valebit·

Potus etiã factus ex dyptãmo et arthimeſia et
